

Thorirus Karlsson bone memorie Pater dilectus meus [predia] in Skrædaramala sita, dilectis filijs Estridis, Sunoni, nec non, Haraldo pro pleno precio vendidit, iure perpetuo possidenda, post mortem autem Patris mei, eadem predia predictis Sunoni, nec non Haraldo dilectus frater meus, dominus Ericus felicis memorie, nec non dominus Stephanus Rørikzson, et ego vna cum eis appropriauimus, cum litteris sigillis nostris sigillatis. Scriptum Wexsio, Anno domini, M. CCC. XL. III. feria tertia ante annunciationem beate Marie.

Sigillet, »S. Nicolai Dannes» (2 bjelkar), afritadt.

3769.

[1344] d. 25 Mars. *)

Nidaros.

Ärkebiskopen PAUL i Nidaros anför klagomål hos Ärkebiskop Hemming i Upsala deröfver att en del prester i Sverige hindra dem, som erlægga den urgamla S:t Olofsskatten eller särskilda offer åt S:t Olof, att lemna dessa till kyrkan i Nidaros, der den helige Olofs kropp fått sitt hvilorum, och nödga dem att i stället föra dessa gårdar och gåfvor till några nya altaren och bilder i Upsala domkyrka; samt önskar att rättelse häri åstadkommes utan att rättegång må behöfva anställas. (Jfr N:o 3772, 3773).

Registr. Eccl. Upsal. perg. p. 87 (fol. 66).

Reuerendo in christo patri ac domino, domino Hemmingo diuine providencie munere archiepiscopo vpsalensi Paulus dei paciencia humilis nidrosiensis ecclesie minister, bene valere, ac spiritus sancti dictamine dirigi feliciter in agendis, percepta vocacione vestra ad preeminenciam ecclesie vpsalensis magno gestiuius gaudio. vt saltem tandem vobis si oretenus colloqui negaretur, officio calami ea que per quosdam clericos vestre dyocesis, ac eciam abusum quorundam laycorum in preiudicium gloriosi martiris olau eiusque ecclesie vt fama ac assercio loquitur, quorundam peregrinorum huc inde veniencium attemtantur explicare. Ac salubre remedium vestro suffulti auxilio querere valeamus, Cum enim gens et populus regni swecie, a tempore quo non extat memoria, beati olau memoriam venerantes consueuerint eidem glorioso martiri de suis bonis ac datis a deo offerre munera annua que sancti olafs skatt wlgo appellantur, ac eciam alia specialia vota persoluentes ad eius ecclesiam deferre in qua eius corpus sanctissimum requiescit, cui licet immeriti eius opitulamine presidemus jnducti quinymo quod grauius est prohibiti fore. referuntur. ne ad eundem martirem, aut eius ecclesiam. vt ab antiquo consueuerunt vota sua deferant, Sed per quosdam clericos contra deum et iusticiam que cum sceleratis hominibus non potest habere commercium astipulante vt dicitur quorundam laycorum abusu, a quorum consensu ac participio scincerissime fidei vestre memores quam nouimus nihil alienum precipue

*) Året bestämmes genom de här nedan intagna svaren på denna skrifvelse.

precipue sanctis debitum illicite affectantem vos prorsus insontes presumimus et exsortes. *) quibusdam altaribus aut ymaginibus in vestra ecclesia vpsalensi de nouo erectis compelluntur applicare quod diuine iusticie nemini sane mentis dubium est aduersari. Et quia summum in rebus bonum est iusticiam colere, ac sua cuique seruare iura illibata jdcirco vestram dilectam caritatem flagitamus vt clericorum eorundem auariciam et iniquitatem refrenantes In iungatis eisdem vt vota. peregrinationes seu censum quem vestrates nidrosiensi ecclesie persoluerunt ab antiquo, adhuc libere soluere et ad eandem deferre ecclesiam permittant, nec sinatis volentes ad eam deferre per clericos seu laicos vestre prouincie contra deum et iusticiam que secundum mundi sapientem preclarissima virtutum est quomodolibet impediri, quod in casu consimili per vos requisiti libenti animo. grata viciscitudine(!) studebimus respondere, In domino valetis premissa vt de vestra sincera karitate. dudum a vobis erga nos experta [speramus] sic facientes. ne perplexitate perstringamur cum vestris ac vestra ecclesia litigii certamen jnire. quod prorsus abhominamur. aut iusticiam et iura nostre ecclesie et gloriosi martiris Olai. contra conscienciam nostram conniuentibus oculis indefensam non sine grandi anime nostre periculo preterire Iterum et inperpetuum valetis nobis vestra beneplacita tamquam vestro peculiari confidenter percepturi datum nidrosie in festo annunciationis beate marie virginis.

3770.

1344 d. 30 Mars.

Lagmannen i Westergötland ALGOT BENGTTSSON gifver med sin dotter Märta, som ingått i Rackaby kloster, en gård i Strö socken och ett nybygge i Linderfva till nämnda kloster.

Orig. på perg. i Sv. Rike Arch.

Omnibus presentes litteras inspecturis, Algotus benedictson Legifer wesgocie salutem in domino, Ad perpetue rei memoriam tam posteris quam modernis constare volo euidenter me monasterio dominarum in rakkabi curiam meam in parochia strø quam sueno ærubarn inhabitare dinoscitur in pensione dantem annuatim tres marchas denariorum et coloniam vnam in Linnerui quam iohannes inhabitat pensionem duarum marcharum dantem annuatim disse legittime racione filie mee predilecte mærittu dicto monasterio ex consensu suo et beniuolencia oblate ad cultum dei genitricis et virginis marie multorum fidedignorum in presencia sexus vtriusque, ablata heredibus meis omni facultate huiusmodi bona a memoratis dominabus in perpetuum reuo-

*) Med samma eller samtidig hand sålunda öfverskrifvet i st. f. »extorres», som ursprungligen blifvit skrifvet.